



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

247 Profanis in rebus à testorum voluntate quatenus recedi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

stitutum quatenus vlla ratione fieri poterit, iussis Episcopis obseruari curare quidquid à fundatoribus expressum fuerit. Quæ omnia tantò iustiùs obtinere debent quantò fundationes oppidanæ sic per exteros petitiæ depræhenduntur antiquiores fortè foundationibus eorundem petentium; Nam quantò verustior & antiquior est aliqua Religio seu religiosus ordo, tantò simul est fauorabilior cap. vlt. de religiosis domib. nisi fortè degenerarent antiquiores, & noui singulariter essent Ecclesiæ labenti vel vtilis vel necessarij; sicut hac tempestate Patres optimi Societatis nomine IESV, quorum institutis equidem lubenter illud accommodauiero *Concedant antiqua nouis*. Porro ne prophanis quidè in rebus à testatorum seu fundatorum voluntate temerè recedendū est, nisi vel id quod illi voluerunt commodè perfici non possit vel cōiectura quæpiam voluntatis eū vtilitate publica concurrat: quibus casibus adhuc non aliter quàm solius autoritate supremi Principis id permittitur l. 1. & l. 4. ꝛ. de administr. rer. ad ciuitat. pertin. & l. vlt. ꝛ. de operibus publicis & l. legatum. ꝛ. de vsufr. legato. facit eòdem cap. tua nobis. de testam. & ibi Panorm. num. 4. & Couarr. numer. 7. & Auth. de Ecclesiast. titu. §. si quis autem pro redemptione captiuorum. qua de re nos quoque plura diximus in Commentario de iure exequendi testamenta nume. 42. Caterum non male notauit Glossographus hic noster ad hanc vocem *Beneficia*,

i v rectè

245
Antiquarum
foundationum
obseruatio per
Concil. Tri-
dēt. præcepta.

246
Societas no-
minis IESV
religionibus
antiquis præ-
ferenda.

247
Profanis in
rebus à testa-
torum volun-
tate quatenus
recedi possit.

248
Hospitalia
quatenus cũ
beneficiis per-
mutari pos-
sint.

249
Res tunc spi-
rituales tunc
prophane seu
temporales
quomodo per-
mutentur quo-
ad earum pro-
prietate per-
petuam.

250
An res diuer-
si generis in-
ter sese permut-
entur.

rectè permutari cum beneficiis hospitalia illa quæ in beneficia conceduntur, qualia recitantur *J. de religiosis domib. d. c. 2. §. vt autem.* eo quòd sint instar beneficiorum; alia verò hospitalia nequaquam; cùm beneficiorum dumtaxat inter sese permiffa fit permutatio, quatenus de clerici titulo quæritur. Sin de rerù ipsarù proprietate perpetua inter veros dominos permutanda quæritur, vt si duo monasteria vel alię duę Ecclesię duas Parœciales Ecclesias hinc inde sibi subiectas, vel duos Prioratus, vel alias domos religiosas, inter sese velint permutare, dubiũ non est quin vt spirituale cum spirituali sic etiam tẽporale cum temporali permutari possit iuxta c. ad quæstiones. de rer. permut. Sed in hoc genere quæritur, an vt iure Pontificio valeat rerum ipsarum inter se permutatio, necessarium sit vt res illę sint eiusdem vtrinque generis, vt pote calix pro calice, domus pro domo, Ecclesia pro Ecclesia, sicuti de permutatione beneficij præcisè cum beneficio diximus, an verò generis quoque diuersi res inter sese permutentur, veluti calix pro casula, vel aliis vestibus quibuscumque sacris. Ac verius est, permutationem in rebus diuersi quoque generis consistere, quemadmodum per iura ciuilia rectè scyphus permutatur cum Sticho vel cum libris vel rebus aliis, vt & vinum cum bobus l. naturalis. in princ. vers. sed si scyphus. *π. de præscriptis verbis. & §. item pretium. in fin. Instit. de Empt. & vendit. dũmodo res prophana non dentur pro sacris, vt iam scipius*